







Rep. LXII<sup>A</sup>. 2. no. 62.

15,825-



C. 22

ORATIVNCVLA

QVAM

IN FVNERE SOLENNI

doctilsimi atque humanissimi

Iuuenis Dn. HELIAE EBERO

TI,

REVERENDI ET CLARISSIMI

*Viri Dn. IACOBI EBERTI, S. Theologiae Docto-  
ris & Professoris publ. Filij natu maximi,*

RECITABAT ANTE AEDES

CHRISTOPHORVS PELAR-

GVS D.

Die 18. Iunij, Anni 1603.



*Francfordiae Marchionum exscripsit typis  
FRIDERICVS HARTMAN.*



152

ORATIONES

DE

IN TERNIS

DOCTRINIS

DE HEILIGEN

ET

DE VIRTUTIBUS

ET DE ALIIS

REBUS

CHRISTIANIS

CHRISTOPHORVS

152

Die 28. Junij. Anno 1520.



CHRISTOPHORVS  
1520





## V M I N H O D I E R N O F V N E

re, quod non clarissimis duntaxat Paren-  
tibus, sed nobis etiam, qui condolescimus,  
luctuosum accidit, dicere aliquid ex veteri  
more iussus sum: nihil nunc moratus sermo-  
nis ad normam struendi artifices, qui nihil  
probant, nisi ad præceptionis libellam & sta-  
teram examinatum, absq; ullo Orationis  
proscenio dicam: quæ potissimum causæ, cur  
adolescentes etiam & iuuenes Melancholicis obnoxij sint passionibus:  
quos tamen siue ætatis libertas ad lætitiæ excitare, siue æqualium æ-  
lacritas & hilaritas prouocare, siue etiam vitæ nondum contaminatæ  
integritas à mœrore & timore auocare debebant. Ac sagaces quidem  
Naturæ exploratores, ijdem & adiutores causam ostendent expeditè  
primariã, tñ ab aère turbido, frigido & sicco, vel calido & sicco adurē-  
te: tñ ab usu ciborum quorundam: tñ à passionibus animæ, stu-  
dijsq; immodicis, maximè theoreticis: ex ipso Medicorum Principe,  
ad ægritudinem illam dispositos nominabunt macros, hirsutos, nigros,  
in quibus venæ latæ, qui prærubro colore, qui flauis, quibus cor ca-  
lidum, cerebrum humidum, trauulos, velociter loquentes, nec syllaba-  
rum tempora commensurantes, & quos præterea illi accuratius no-  
rint, quàm ego exiliter descripserim. Verum altius nobis repeten-  
tibus morbi huius  $\alpha\pi\sigma\tau\epsilon\lambda\epsilon\tau\iota\kappa\alpha$ , tres occurrunt ex primarijs causæ: fon-  
tis nempe primi impuritas, malorum omnium communitas: & Cen-  
sorijs extremi vicinitas: quod probare mihi fortasse non operosum, au-  
dire vobis, Auditores augustissimi, ne quæso sit tædiosum. Respicia-  
mus fontem, non illum in Chio Insula, ex quo qui biberint, hebetes fi-  
eri ingenio Plinius & Isidorus annotarunt: non illum in fortunatis  
Insulis, quem gustans risu in mortem soluitur, recitante Mela: non  
illum qui in Boeôtia obliuionem inducit, aut qui in agro Calano insa-  
niam adfert: non annem Lyncestium, quem quicumq; parum mode-  
rato gutture traxit,

haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset: - obseruan-  
te Seneca: sed illum Mortalitatæ & Calamitatæ nostræ fontem pri-  
mum, quem dum singuli bibimus, pueri, iuuenes, viri, senes, in mœ-



rorem & dolorem, in timorem & errorem, in mortem ipsam etiam na-  
 scendo resolvimur. Nonne natalitius singulorum dies Gracis  
 γέννησις propterea dictus, quod γενόμενος ἄρχεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς principium la-  
 borum & dolorum teste Timæo: nonne omnes de toto uno Risore, ut  
 aiunt, Zoroastre, sed eo Mago, mundum hunc primum ingressi eu-  
 lando ploravimus, mares per A. Adamum, foeminae per E. Euam, ve-  
 lut malorum autores iam tum modo quopiam declamantes. Audite  
 Cyprianum: Unusquisque nostrum, inquit, cum nascitur, & hospitio  
 huius mundi excipitur, initium sumit à lachrimis, & quamvis omni-  
 um nescius ac ignarus, nihil aliud novit, in illa prima natiuitate, quam  
 flere: providètia naturali lamentatur vitæ mortalis anxietates & la-  
 bores, & procellas mundi, quas ingreditur, in exordio statim suo plo-  
 ratu & gemitu rudis anima testatur. Ingressum tam flebilem, qui  
 ab illo Lacrumarum fonte, progressus vitæ non corrigit: sed colluvis  
 quadam ærumnarum in omnes porrigit ætates: ita ut vel pueros  
 quandoque & adolescentes videas vultum dei cere, frontem tenellam  
 contrahere, brachium capiti supponere, atque ad omnes sollicitudinis  
 & timoris haud necessarij gestum totos se componere, quia, ut Iobi pa-  
 tientissimi verbis loquar, biberunt omnes, sicut aquam, iniquitatem:  
 Patres comederunt tuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt,  
 iuxta Adagium Propheticum.

QVEM verò mortalium & qua ætate dixeris immunem à mor-  
 bis etiam illis, quos Medicorum Coryphæi credebant quondam matu-  
 ris duntaxat annis affligere? sicut Hippocratis tempore, à pueris,  
 podagra & arthritidis dicebatur alienissima, cum quibus tamen septen-  
 nes & decennes conflictari observatum hodie à recentioribus. Est  
 profecto, est communis omni ætati miseria: ut homo qui est, huma-  
 ni à se alienum nihil putare possit: nec locum illa apud nos obtineat  
 Alexandri Alensis de Bonaventura auditore suo sententia: non vi-  
 detur Adam, in isto homine, peccasse. Nec communis tantum est ca-  
 lamitas, sed in primum florem celerius quandoque irruit. ætas namque  
 virens adhuc multò plures quam senectus mortis casus habet: faci-  
 lius in morbos incidunt adolescentes: gravius ægrotant, tristius cu-  
 rantur: itaque per pauci veniunt ad senectutem: quæ Tullij querela  
 est: rugosi, rimosi, ruinosi senes, dum se, ut veteres domos ac na-  
 ves cari-



ues cautè sustentant, durant, & contra vim mortis sepe obdures-  
 cunt: Vitro quidem iam illi fragiliores, sed tamen, uti vitrum di-  
 ligenter seruatum ipsis Agathoclæis siue figulinis vasculis immò &  
 saxeis est diuturnius: ita senes custodes sui curiosi incuriosis adoles-  
 centibus longæuiore cognoscuntur. Quod si quis <sup>causam</sup> illud  
 triste in iuuenibus nostro adhuc non desinat mirari tempore: ex-  
 pendat paucis ex Christi Seruatoris prædictione, <sup>siuo. origen. & i. i. p.</sup>  
<sup>ψυχωσι</sup> anxietatem & deliquium animi, quod à mœrore & dolore,  
 certissimum esse prognosticon diei eius ultimi, quem multa debent  
 mala præcurrere, iuxta Gregorium, ut malum quod sine fine, vale-  
 ant nunciare: è vultu familiæ totius, iras agnoscat heriles. Quem  
 admodum enim, ait D. Hieronymus, irato alicuius familiæ hero, &  
 niuersam conturbari commoueriq; familiam videmus: ita D O M I-  
 N O ad iudicium descendente, omnes omnino creaturas conturbari &  
 commoueri sentimus. Sentimus utiq; & nondum tamen ad cen-  
 suram illam postremam nos comparamus, nondum sepulcra Concupis-  
 centiæ relinquimus, nondum ad aram Innocentiæ soli C H R I S T O  
 sacram confugimus. Videte Adolescentes ac Iuuenes, quàm sub-  
 to extremus illuxit dies adolescenti elegantissimo viginti unius an-  
 norum, domino H E L I Æ E B E R T O: vigilate itaq; & quia in-  
 certum, quo vos loco ac tempore Mors expectet: vos illam omni loco  
 ac tempore expectate. Videte viri & senes, quibus nunc tristitiæ  
 nebulis obducta Veris amœnissimi imago, & quid sub Autumnum  
 hyememq; ætatis formidandum cuiq; iuxta mecum cogitate. Erat  
 E L I A S noster, ab honoratissimis Parentibus ad pietatem veram,  
 ad humanitatem, modestiam, sobrietatem, ad literas etiam politiores  
 à teneris ita formatus unguiculis, ut instar segetis lætissimæ spem,  
 non unius at omnium annorum suscitaret magnam, videreturq; pa-  
 ternum aliquando nomen studijs, si non amplificaturus, certè conser-  
 uaturus. Superiore anno Vratislaviam colendi ingenij causa  
 missus, non exiguam mercis nostræ literariæ accessionem sibi fecerat,  
 in disciplinis præcipuè Mathematicis, quibus animum tanquam no-  
 bilissimæ & purissimæ theoriæ concedebat, ut libentius, ita frequen-  
 tius. Sed ab ijs, quas præmisi, causis, factum est, non suæ Monar-



chæ supræmi arbitrio ac permissu, quicquid sentiat ratio, minimè in-  
clementi, ut in Melancholiam quandam, quam Auicenna existi-  
mationum, cogitationum & imaginationum mutationem dicit, in-  
cideret, & ex lectione Græca noui Testamenti perquam assidua cu-  
ras sibi nouas iniiceret: eiusmodi, ut audiui ipse hominem, quæ  
pietatis & salutis cupidissimum manifestè ostenderent, humanarum  
illecebrarum nil quicquam saperent. maior fortè successit perturba-  
tio inualecente morbo, quem Reuerendus Dominus Collega diligen-  
ti Medicorum opera auersum iri deniq; sperabat, expectationem in-  
terim inopino anteuertente obitu ex Lipothymia nudiustertius hora  
IV. vespertina. Sic spiritu tristi sensim exsiccante ossa, optimæ fru-  
gis adolescens, mori: sic repentino discessu, quàm fragiles: morbo suo,  
quàm miserabiles simus, testari: sic insolito ætatis istius mœrore, or-  
bis vniuersi, & creaturarum omnium <sup>seu quod</sup> ferè postremum pro-  
fari quodammodo debuit. Non dubitabit autem reuerendus &  
clarissimus Parens, Collega noster carissimus, Filium quamuis la-  
mentabili ad sensum nostrum fato diuinitus euocatum, sedes tamen  
occupare Academiæ cœlestis: & quia CHRISTO in Baptismo sacro  
implantatus, ipsius cruore à peccatis lotus, ipsum liberè confessus:  
& quia in ipso etiam morbo, ut coram intueretur CHRISTVM ar-  
denter precatus est: & quia misericordiæ diuinæ hoc ante oculos no-  
stros argumentum: quod placidè ac sine cruciatu miseris pluribus  
præceptus est: ut illud Poëtæ veteris hic usurpare liceat: mortem  
misericors sapè pro vita dedit, vel potius quod est apud Ecclesiasti-  
cum 30. cap. melior est mors quàm vita amara, & requies æterna,  
quàm languor perseuerans. Id quod vobis etiam Magnifice Do-  
mine Rector & Prorector, Barones generosi & illustres, viri reue-  
rendi, clarissimi, prudentissimi & humanissimi, Iuuenes nobilissimi  
& ornatissimi, vobis inquam ita scio persuasum, ut hunc quondam  
nostræ, nunc supernatis Scholæ ciuem tam honorifica deductione ef-  
ferendum, Parentem in fiducia ista ac spe confirmandum, non aliam  
ob causam rectè existimaueritis. Erit pro ista pietate & officio  
hodierno non perpetua solum apud lugentes gratia singulis vobis re-  
posita:



posita: sed & apud DEVM copiosa retributio, cum in omni hac vita,  
tüm in ea cumulatissimè, ubi perfecta omnium scientia, nullius bo-  
ni indigentia, perennis gaudij sufficientia, in vno & ab illo Triunno,  
cui simplex esse, simplex posse, simplex velle, simplex nosse, cuncta sunt  
simplicia: vna virtus, vnum numen, vnus splendor, vnu  
lumen, cuncta sunt æqualia. cui vos & vestra com-  
mittite, inq; vno & per vnum vitam  
incolumes transigite.

DIXI.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DIXI





Op. var. 87<sup>h</sup> ✓



